

DIE XX. JUNII.

SS. MARCI ET MARCELLIANI MARTYRUM.

TRES LECTIONES.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui sanctorum Martyrum tuorum Marci et Marcelliani natalitia colimus & a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur : Per.

DIE XXII. JUNII.

B. INNOCENTII V. PAPÆ ET CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Innocentium Confessorem atque Pontificem, scientiæ ac prudentiæ donis decoratum, pacis et unitatis conciliatorem effecisti : ejus intercessione nobis concede cælestia sapere & et omnia bona concordæ studio sectari : Per.

DIE XXIII. JUNII.

SS. DECEM MILLIUM MARTYRUM.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui, ad imitandum Passiõnis tuæ exemplum, decem millia Martyrum crucis patibulum subire fecisti : concede propitius ut qui Passiõnem eorum veneramur in terris & Passiõnis tuæ remedia consequi mereamur in cælis : Qui vivis.

